



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 26. Tractatus S. Hilarii contra Constantium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV. ctus ab omni affectu carnis, & sanguinis  
A. C. 360. erat alienus.

§. XXVI.

*Tractatus S. Hilarii contra  
 Constantium.*

*Hier. de* **C**irca tempus reditus sui S. Hilarius  
*Script.* Tractatum adversus Imperatorem  
 Con-

ille a vero non aberraret, qui crederet, vitæ  
 S. Hilarii Scriptorem Filiæ ejus, & Uxoris mor-  
 tem, ex solis causis naturalibus secutam, S. Viri  
 precibus adscriptisse.

*Parte III.*  
*p. 130.*

Interpres Protestans in Nota ad hunc locum  
 dicit: Je mehr sich die Legendensucht in den  
 folgenden Zeiten ausgebreitet, und das Wort  
 Gottes beyseite gesetzt worden. Und wer  
 den Geist eines Hilarius aus seinen Schriften  
 kennen lernen, der kann das kaum von ihm  
 denken, daß er seine Frau, und Tochter solte  
 todt gebetet haben. Man hat nur, weil er  
 ein Bischof gewesen, ihm auf eine reputirli-  
 che Weise von der Frau helfen wollen. Jam,  
 falsum quidem est, quod Protestans dicit; un-  
 quam in Ecclesia Verbum Dei, id est, S. Scriptu-  
 ram, fuisse omissam, aut vilipensam, verumtamen  
 utilius futurum fuisse videtur, si in Viris Sancto-  
 rum in prioribus Sæculis conscriptis, hodieque  
 Breviario insertis, omissis illis, quæ solum admi-  
 rationem movent, & de quibus dubium subo-  
 riri potest, ea tantum legerentur, quæ certissi-  
 ma sunt, quæ ædificant, & ad imitationem el-  
 liciant.

Constantium scripsit, creditur autem pri-  
 mum post hujus Principis mortem fuisse  
 publicæ lucis factus; sunt etiam, qui du-  
 bitent, an opus sit absolutum; hujus ta-  
 le est exordium: *Tempus jam est loquen-*  
*di, postquam tempus silendi præterit.*  
*Proximum Jesu Christi adventum ex-*  
*spectemus, cum jam regnet Anti-Chri-*  
*stus. Clament Pastores, nam Mercenarii*  
*in fugam versi sunt. Demus animas no-*  
*stras pro ovibus nostris, quia latrones in*  
*ovile intrarunt, & leo rugiens gregi*  
*insidiatur. Clamantes eamus in Mar-*  
*tyrium, quippe Angelus Satanae in An-*  
*gelum lucis se transfiguravit. Et infe-*  
*rius: Moriamur cum Jesu Christo, ut*  
*cum ipso regnemus! diutius tacere, igna-*  
*viæ esset, non prudentiæ. Non minus*  
*periculosum est tacere semper, quam sem-*  
*per loqui.* Deinde memorat, quæ ante  
 quinque annos fecerit, postquam S. Pau-  
 linus Trevirensis, Eusebius Vercellensis,  
 alique Confessores in exilium missi fuis-  
 sent, nempe anno 355. ex quo probatur,  
 eum Tractatum, de quo hic agimus, scri-  
 psisse anno 360. se neutiquam affectu per-  
 turbato scribere affirmat, cum tanto tem-  
 pore, ex quo ab Adversariis premeretur,  
 siluerit. Dolet, quod sibi datum non  
 fuerit temporibus Neronis, aut Decii vi-  
 vere, ut res sibi potius esset cum hoste a-  
 perto, quam insidiatore occulto; cui

Sæculum IV.  
 A. C. 360.

Eccl. 3.7.

Joan. 10. 12.

Sæculum IV. blanditiæ, & fraudes pro iustis armis sunt,  
A. C. 360. & qui IESUM Christum honorandi, at-  
 que unionem Ecclesiæ procurandi specie,  
 Ecclesiæ pacem destruit, & IESUM Chri-  
 stum negat!

Dicit, non injuriam se facere Con-  
 stantio, si Anti-Christum appellet, & Ty-  
 rannum; vim Episcopis illatam Arimini,  
 atque Orientalium dolosas machinatio-  
 nes in Concilio Seleuciensi exprobrat.  
 Lupum rapacem vocat, ovina pelle te-  
 ctum, qui ex malis operibus noscitur.  
*Sanctuarium, inquit: ornas auro, quo Rem-  
 publicam spoliasti. Deo offers, quæ Ido-  
 lorum fanis detraxisti, aut damnatorum  
 bona, quæ tuo ævario adscripseras. E-  
 piscopos salutas osculo, quo IESUS Chri-  
 stus traditus fuit. Caput inclinas ad  
 eorum benedictionem accipiendam, dum  
 eorum fidem pedibus calcas. Ad mensam  
 tuam admittis eo animo, quo Judas de cæ-  
 naculo exivit, Magistrum proditurus.  
 Censum remittis, quem IESUS Christus ad  
 removendum scandalum solvit. Tribu-  
 torum partem donas, ut Christianos ad  
 negandam fidem allicias. Jure tuo ce-  
 dis, ut jura Dei violes. Ex his obje-  
 ctis docemur, quos honores Episcopis Im-  
 peratores exhibere solerent. Cœterum  
 in hoc Tractatu S. Hilarius solide refel-  
 lit prætextus, quibus Constantius voces,  
 consubstantialis, &, similis in substantia,  
 reji-*

reiciebat, & Symbolum Nicænum tene-  
 ri prohibebat. In fine illorum temeri-  
 tatem damnat, qui humani intellectus  
 angustia naturam divinam comprehen-  
 dere volunt, cum aliquam partem nostri  
 ipsorum cognoscere vix dici possimus.  
 At hoc opus videtur mansisse imperfe-  
 ctum. Scripsit etiam Tractatum adver-  
 sus Valentem, & Ursacium, in quo Hi-  
 storiam Conciliorum Ariminensis, & Se-  
 leuciensis concinnaverat, cujus tantum  
 fragmenta nobis supersunt, at propter  
 Acta, & Epistolas ibi posteritati traditas  
 pretiosa.

Sæculum IV.  
 A. C. 360.

Hier. Script.  
 Ruf. pro.  
 Orig.

§. XXVII.

*Concilium primum Parisiense.*

Inter alia in his fragmentis habemus E-  
 pistolam Synodalem cujusdam Conci-  
 lii Parisiensis, qua Episcopi Galliæ Epis-  
 copis Orientis respondent; isti enim ad  
 S. Hilarium scripserant, ut malas artes  
 hæreticorum detegerent, qui occasione  
 unius vocis, substantiæ, dissensionem in-  
 ter Orientem, & Occidentem alere sa-  
 tagebant; eos qui scripserant, verosimi-  
 le est fuisse Basilium Ancyranum, atque  
 alios Catholicos, aut Semi-Arianos, qui  
 in Concilio Constantinopolitano ab A-  
 nomeis depositi, omnes Regionem suis  
 questibus implerunt. In hac Epistola E-  
 piscopi Concilii Parisiensis fatentur, eo-  
 rum

A-Sup. §.  
 XXII.